

2973

## LITURGICI

2974

magno numero sequuntur, non tamen Catalogum; notabo tamen peculiare quaedam. *Fol.* 225. legitur *Missae contra Iudices male agentes*, et *Missae contra Tyrannidem*. *Fol.* 237. *Missae Sismundi regis pro Febricitantibus*, quo pertinet illud *Gregorii Turon. L. I. de Gloria Mart. C. 75. Si qui nunc frigoritici in eius honore Missas devote celebrent, ejusque (Sigmundi) pro requie Deo offerant oblationem statim compressis tremoribus, restinctis febribus sanitati pristinae restaurantur*. Idem adferit *Vita T. I. Maji Bolland. p. 87. Fol.* 244. p. 2. *Missae communis*, scilicet pro Papa, Rege, Episcopis, Abbatibus et *omni congregatione et familia Sancti Georgii*, cujus nomen erasum in prima *Oratione* legitur tamen in *Orat. Ad compl.* unde conjicio *Sacramentarium* istud non ad *S. Germanum Spirens.* sed ad aliquod *D. Georgii* Coenobium pertinuisse, fuisseque temere compactum cum Parte priore Codicis. *Fol.* 254. *Missae (Defunct.) pro cuius Anima dubitatur. Missae Poenitentiam desiderantibus et minime consequentibus*. Huic char. quadr. praemititur sequens Canon: *Si quis Poenitentiam petens dum Sacerdos venit, fuerit officio linguae priuatus, constitutum est. Ut si idonea Testimonia hoc dixerint, et ipse Aeger per motus aliquos satisfecerit, circa eum impleantur omnia ut mos est.* *Fol.* 258. *Missae Heinrici Imperatoris Specialis in Babenberbc.* et *Missae Chunegunde Imperatricis*. Neutra ad illorum honorem,

sed pro utriusque Salute, et ut mihi videtur, dictae *Bambergae* in Anniversario Obitus, usque dum Sanctorum Albo adscribebantur. Citant eas *Bollandiani T. III. Jul. ad diem 14. p. 714.* Adhaerent *Epistolae* et *Evangelia* ad varias *Missarum* haecenus enumeratarum pertinentia, manumque alia exaratae *Missae S. Barbarae*, *S. Nicolai*, et recentiore calamo *S. Guilielmi* et *S. Aegidii*.

## DCCCXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. 334 ut videtur XII. Folior. nunc 129. f. pereleganter exaratus, rubricisque distinctus, et olim ad Canonorum Regular. *S. Hippolyti in Austria infer.* Collegium pertinet *Liturgicus* est, Partesque in *Missae* a Choro cantari solitas, puta *Introitum*, *Psalmum*, *Graduale*, *Versus*, *Offertorium* et *Communionem* notationibus musicis superimpositis complectitur. Initium ducitur a *Dominica I. Adventus*. Inter *D. Stephani* et *Johannis Evang.* Festa inserta est *Missae de Vigilia Apostolorum*, inter *Natalem S. Siluestri* et *Dominicam infra Octav. Nativit. Missae in Octava Domini de S. Maria*, quam sequitur *Dominica infra Oct. Domini* nulla *Circumcisionis* mentione facta. Usque ad *Septuagesimam* Dominicis inmixta sunt Festa SS. sed non nisi antiquissimorum; deinceps autem usque post *Dom. V. a Paschate* omnia tantum de tempore. In officio *Sabbati S.* occurrit Hymnus:

G g 2

Rex

2975

C O D I C E S

2976

*Rex sanctorum Angelorum  
Totum mundum adiuvaa &c.*

quem Chorus alternis repetit. Item in *Die Sancto ad Process.* Elegia:

*Salve festa dies toto uenerabilis quo  
Qua deus infernum uicit et astra tenet &c.*

pariter ἀντιφωνως a Choro red-  
denda. A *Dom. V. post Pascha*  
excepta *Ascensione* et *Pentecoste*  
continuo non nisi SS. Festa legun-  
tur usque ad *Andreae Apost.* reje-  
ctis post ea *Dominicis* omnibus a  
I. post *Pentecosten* usque ad XXIII.  
Harum *Dominicarum* agmen du-  
cit illa *de Sancta Trinitate*, diu  
itaque ante etiam in *Germania* ce-  
lebrata, quam per *Johannem*  
XXII. Sec. XIV. in *Ecclesiam*  
*Rom.* introduceretur, qua de re  
vide, si lubet, *Lud. Thomassini*  
*Comment. de Dier. festor. celebrat.*  
edit. lat. *Venet.* 1729. L. II. c.  
18. p. 83. f. His accedit *Commu-*

*ne de SS. et Cantanda in Agendis  
Mortuorum.*

II. a fol. 107. p. 2. Sequuntur  
*Responsoria* quaedam in praeci-  
pui Festis per annum incipiendo a  
*Natali Domini* usque ad *Festum S.*  
*Martini Conf. et Dedicacionis Ec-*  
*clesiae*, quibus adhaeret *Hymnus*  
*Gloria in excelsis &c.* cum *kyrie*  
*eleyson* sexies et *Sanctus Sanctus*  
&c. ter diversa ratione modulatum.

III. a fol. 112. p. 2. prorsus  
elegantem scriptam *Collectio Se-*  
*quentiarum*, quarum plurimis ad  
cantum moderandum impositae  
sunt *Litterae*. Prima est *de Nata-*  
*li Domini* in hunc modum:

Grates nunc omnes reddamus domino deo.

Qui sua natiuitate Nos liberauit de diabolica potestate.

Huic oportet ut canamus cum angelis semper gloria in excelsis.

Uniuersim numero sunt XXXV.  
et ad praecipua per Anni circu-  
lum Festa pertinent. Verum om-  
nes aetate nostra exolevere, si  
*Sequentiam Paschalem* demas,  
quae incipit: *Victimae Paschali*  
&c. et locum penultimum, adeo-  
que extra ordinem occupat. *Co-*  
*dex* antiqui Cantus sacri Curiosis  
commendandus

DCCCXXVII.

Codex membraneus lat. Sec. 18  
XV. Folior. 201. f. max. regali  
magnificentia adornatus iussu *Ma-*  
*thiae Corvini* Reg. Hung. cuius,  
uti et *Beatricis* Neapolit. secun-  
dae Uxoris, insignia Fol. 3. mar-  
gini inferiori adpieta conspiciun-  
tur. Continet *Antiphonas*, quae  
in *Missae* sacrificio diebus domi-  
nicis